



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

441. Qualiter Episcopus debet ordinem facere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 199
Presbyterum seu Diaconum his præferre qui
ante ipsos fuerint ordinati , aliquis præsumat.

Qualiter Episcopus debet ordinem facere.
Ex Concilio Nannetensi.

CCCCXL I. Episcopus quando ordina-
tiones facere disponit , omnes qui ad sacrum
ministerium accedere volunt , feria quarta an-
te ipsam ordinationem evocandi sunt ad civi-
tatem unà cum Archipresbyteris qui eos re-
præsentare debent. Et tunc Episcopus è latere
suo dirigere debet sacerdotes & alios pruden-
tes viros gñaros legis divinæ & exercitatos in
ecclesiasticis sanctiōnibus , qui ordinandorum
vitam , genus , patriam , ætatem , institutio-
nem , locum ubi educati sunt , si sint bene lit-
terati , si in lege Domini instruēti , diligenter
investigent. Ante omnia , si fidem catholicam
firmiter teneant & verbis simplicibus adsere-
re queant. Ipsi autem quibus hoc committi-
tur cavere debent ne aut favoris gratia aut cu-
juscunque muneric cupiditate inlecti à vero
devient , ut indignum & minus idoneum ad
sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus
applicant. Quod si fecerint , & ille qui indignè
accessit , ab altari removebitur , & illi qui do-
num sancti Spiritus vendere conati sunt , co-
ram Deo jam condemnati , ecclesiastica digni-
tate carebunt. Igitur per tres continuos dies
diligenter examinentur. Et sic sabbato , qui
probati inventi sunt , Episcopo repræsen-
tentur.

Concil. Nan-
net. c. 11.
Burchard. lib.
2. c. 1.

N iiij